inuia quae dicitur uela linteo mundo colligens
ac deter gens uirtutes secum detulit · ubi nunc
auxiliante xpo plurima extant miracula ·
Gesta uero beatissimi martyris ut mori serat
urbis romae episcopo transmissa est ut sacris
martyrum memorialibus inderetur · qua
suscepta uenerabilis papa legeris cum omni
ueneratione suscepit · Ipso igitur tempore
gens alamannorum italiam crudeli gladio
uastabat · quibus obuiandis caesar romano
rum exercitum adunauit · Cui beatus pa
pa ait · Bone imperator · sume tecum gesta
beati uigilii martyris urbis tredentinae
nuper conperta ut manifestetur uirtuti
bus eius · Quam summo gaudio susceptam
augustus tradidit militi deferendam defe
rendam coopertam rudi hasta adpositam
in uexillum deportauit · Ergo dum uenar
hostium proximasset · priusquam bello
inhererent · ita uirtus xpi ostenditur
in martyre · ut fuga aduersarii turpiter
conuersi · relicta omnia praeda uix pau
cissimi ad propria remearent · ma
nu consecuta ... R euertens igi
tur caesar cum magno triumpho ad urbem
romam · gestam beatissimi martyris cum papa
sco arce condiderunt simul eius dem reliqui
as corporis · Passus est autem s(an)c(tu)s uigilius
episcopus · vi · kl · iul · qui egit episcopatum
in urbe tredentina duodecim annos stilicone
consule · regnante dno nostro ihu xpo · cui
est honor & gloria cum patre & spu sco in se
cula seculorum amen

INCIPIT PASSIO SCAE MARGA
RITAE UIRG ET MART · III · ID · IUL ·

Post passionem & resurrectionem dni nos
tri ihu xpi & ascensionem eius ad patrem
In illius nomine multi martyres passi sunt
& apostoli coronati & innumeri sci ficati

& in nomine eius hunc mundum uicerunt · supe
rando tyrannos carnifices · Adhuc tamen optine
bat insaniam hominum diaboli rabies · & idola sur
da & muta hominum manibus facta adorabant ·
qui nec sibi nec aliis prodesse potuerunt · Ego
autem in xpi nomine credens tectimus nomine
uocatus a do & doctor profunditate litterarū ·
potui me omnes scr(ip)t(ur)as perlegere · & neminem
inueni in quo oporteat credere · nisi in nomine
ihu xpi · qui caecos inluminauit & surdos audire
facit · & suscitat mortuos · martyres & iam coro
nat · & omnes in se credentes saluat · Ego enim
tectimus baptismum accepi in nomine patris ·
& filii · & sps sci ; baptizatus in omni sapientia
& scientia di · potui me caute agnoscere quomo
do pugnauit beata margarita contra demo
nem tyrannum uincens hunc mundum · & se
cundum uirtutem meam dedi praetium &
cartas comparaui ab his qui illo tempore scrip
tores erant · & scripsi omnia ... quae passa est
beata margarita in libris cartineis · quomodo
uicit daemonem & coronata est ; Omnes aures
habentes audite · corde intellegite · uelut puel
la tenera lectionem legentes · ita laborate ut
accipiatis salutem & coronam · & mereamini re
quiem sempiternam cum beata tecla · & sca su
sanna : Beatissima autem margarita erat
theodosii filia : qui erat gentilium patriarcha
& idola adorabat : Hic enim habebat unam
filiam in senectute natā · illa autem repleta
spu sco & mox nata data est in ciuitatem quan
dam habentem stadia ab antiochia · xv · ut ibi
dem nutriretur ; Cum autem mortua esset
mater eius amplioris desiderio a nutrice repe
batur · & dilecta erat dno ihu xpo · erat enim
annorum quindecim · & delectabatur in do
mo nutricis suae · & audiuit martyrum certa
mina · quia multus iustorum sanguis funde
batur in illis diebus pro nomine ihu xpi ;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0034